

1

I. N. F. *Stripsky II. 260c.*
DANIELIS TIEFTRUNCKII, AA. LL. M. & *31*
Gymn. Sempr. p. t. RECTORIS

PARODIA

Od. XXIV. lib. I. Carm. Horat.

Ad
OLASSIENSES,

VIRUM,
De Scholis & Ecclesiis Christianis,
locis pluribus,
laudabiliter meritum,

DN. DANIELEM KLESCHIVM,

AA. LL. M. P. L. C. &c.

n.t. Ven. Frat. XXIV. Regal. in Scepusio SENIOREM

VARALLIO

Ad Civitatis sue

Pastoratum

ORATORIS Consistorialis munere ordinario insignem,

legitimâ vocatione

Excientes,

A.O.R. CI. IC. LXIX. Mens. Jan. die 3.



LEUTSCHOVIA,

LYTERIS SAMUELIS BREVER,



स्त्रीहृषीकेशवान् विष्णुर्भवति विष्णुर्भवति विष्णुर्भवति
(अश्विनीप्रभो अश्विनीप्रभो अश्विनीप्रभो अश्विनीप्रभो)
विष्णुर्भवति विष्णुर्भवति विष्णुर्भवति विष्णुर्भवति

Quis sit lætitiae nunc pudor aut modus
Tam clari capit? Præcipe blandulos
Cantus, Theilogie, cui placidam Pater
Vocem cum modulis dedit.

Ergo KLESCHIADEN Officium novum
Ornat? cui Pietas, Relligio & decus
Immortale Lyræ, rarāq; comitas
Vix usquam inveniunt parem
Multis usque quidem huc utilis exstitit:
At nulli utilior, quam tibi, OLASSIUM.
Non frustra excieris, jam tibi creditum
Summo à Numine, KLESCHIUM.

Quare Jesseio blandiūs Orpheō,
Auditam moderare astricolis Lyram,
Divina ut veniant gaudia pectori.
Nam virgā modō cœlicâ

TE, doctus precibus tristia pellere,
Dio compulerit KLESCHIUS hic Gregi.
Gaude: sed simul & funde preces, diu
PASTORE ut detur hoc frui.

CVM Deo Soplitatore, qVI SaLVs Ipsa est!

Eundem Amorem juxta ac Observantiam pari Pietatis adfessu.

Erga Nominatissimum. VIRUM.

Dñ. M. DANIELEM KLESCHIUM &c.

Patrem io CHRISTO venerandum devotè restatur.

Juventus Scepsiaca in celeberrimo

SEMPRONIENSIMUM Gymnasio.

degens.

Dum me Pieris ulnis exceptit Alumnum,
WARALLIS, nituit medio velut æthere Titan,
KLESCHIUS, illustrans calles ad limina cœli,
Tempore quos nullo non obscurare tenebris,
Dis tentat niger, ast vano molimine. Contra,
Sic nunc sic Jovæ summi decreta tulere,
Ad quorum seriem totus componitur orbis,
OLASSI ut niteat posthac, jubat hocce coruscum.

Quare dum tantus Phœvus devexus ab oris
Est Varallensum, peplis obnubere vultus.
Hos decet, atq; dies totos consumere luctu.

Quod verò Olassi radiorum spicula spargit,
Ipsorum est, toto depromere gaudia corde,
Statoriq; Deo magnas persolvere grates.

Ast næ! non grati me debita jura manerent:
Culto nî virtute Tibi pia vota precarer,
Collatosq; etiam latus gratarer honores:
Quos meruere Tui dudum bene pectoris atq;
Ingenii dotes, queis inter, docta coruscas
Agmina, ceu stellas inter vaga Luna minores.

O! ergò ito bonâ scævâ. Fac iussa Jehovæ.
Pennati Juvenes avertant omnia dira:
Prome sacro templo fructus & dona per ampla:
Nectar pasce pias mentes & Nestoris annos.

— Transcen-

Transcende, & tandem sacrati lumine verbi
Duc olim Tecum multos ad cœlica tempe.

MICHAEL JACOBER Wallensis

Munzarus

PHæbei, KLESCHI, non infima gloria cætūs:
O & præsidium dulce decusq; meum!
Quando Warallensūm, Jova moderante relictis
OLASSI Pastor pulpita Sacra premis,
Quintam intras Urbem, quam docta munere mentis
Impertis, Verbi praconioq; beas.
Propter Homerum olim certarunt. Oppida septem:
Te propter certant Oppida quinq; modò.
Si, quod Dī nōrint dyas his se junxerit, annon
Tunc meritò nobis alter Homerus eris?
Quid? modò Homerus eris? non: sed vel' Apostolus: ut qui:
Non mundana, DEI sed Sacra Verba doces.
Si quog; qui multos quondam docuere Salutem
Fulgebunt tanquam sidera pulchra poli:
Proh! quantò lucis tunc Tu fulgore nitebis?
Cui tot, totq; locis est docuisse datum.
Ergò quod mandare munus bona fata, secundò
Aggredere auspicio. Perbene cedat opus.
Perbene cedat opus: TIBI plenò copia cornu
Affuat & crescat fama decusq; Tuum.
Attamen interea nostros non pelle favores:
Quin potius priscis adde subinde novos.
Stripsero sic verè, scribo & nunc: KLESHIUS ingens
Est & Præsidium dulce decusq; meum.

CLEMENS TITELIUS Igloviens Pann.

H Eu!! Patriam dum tempore tam citò
Meam relinquens, tendis Olassium,
Discessus is! mergit profundo
Me, venerande Pater, dolori.

A 33

Sed!

Sed quid dolebo? fata volunt ita:
Summi voluntas alma jubet Dei.
Quem velle quem recalcitrare
Religio & Pietas negabit,
Quare ito quò fata vocant pia:
I, quò voluntas æqua Dei ciet.
Non, ominor, non Te pigebit,
Hic voluisse sequi vocantem,
Quare ito nunc Tu, Te comitantibus
Cœli Ministris, Jussa Dei cape
Vir magne. Cunctis rebus adsit:
Numinis aura tuis secunda!

JACOBUS RÖMIG Vatall, Pan.

Felix, cui Dominus multa talenta dat
Felix, crede mihi, est is ter & amplius
Qui non defodit illa
Sed multum facit iis lucri
Quam felix igitur, Kleschi, aliquando eris.
Qui cœli à Domino multa talenta habes.
Fecundæ illa locasti
Usuræ hactenus impigre.
Felicem Patriam dico meam quoq;
Quod nunc per celebrem ralem habeat Virum.
Kleschi, Jova benignus
Sancto Flamine Te regat,
Et Vires validas det Tibi corporis
Ut multas animas munifico Deo,
Possis porrò lucrari
Sic tandem auribus hauries:
Euge ô serve! super pauca fuisti Hero
Fidus, præficiam Te modo pluribus
Aeternam Domini ergo
Intra in latitiam tui.

MICHAEL DOMINICK Olassensis.

211

An Kirchdrauß.

Glaßtu Kirchdrauß nun Herrn Kleschen von dir siehene
Wiltu zu halten Ihn nunmehr dich nichts bemühen?
Wie s weistu nicht daß ER von Gott viel gutes dir
Erbeten und viel böß gewend von deiner Thür?

Kirchdrauß antwortet.

Da halten wollt Ich IHU/ ER soll bei mir auch bleiben?
Wer aber kan von uns dem grossen Gott vorschreiben?
Er ist der alles thut/ Er ist der alls regiret
Er ist der (a) wunderlich oft sein Heiligen führet. (a) Ps. IV.

Votum.

(v. 4.)

An Ihr Ew. Herrn Klesch.

Wolan/ weil Er denn Euch so wunderlich geführet
Also daß man sein Bütt ja Augenscheinlich spühret/
— So für Er ferner Euch in Euren Ampt allhier
Bis Er einführe Euch zur Himmelschen Revir.

LEONHARDUS ME GA Topschensis,

ab. 6.

Kleschiadum Jubar excellens, ac perbene notum.
In Saxoniā Pindo Decus!
Multiplici Sophia clarebas arte Magister,
Apollinis quoq; laured;
Dum reducem vedit florens Te Pannoniā ora,
Toti paratum Patria
Quantus Sempronī fueras? Et quanta celebris
Ejus Lycei gloria?
Gūnciadæ laudant, laudant Te recta Georgi,
Warallia ac Olassium.
Sumus ex Orator, nunc & Senioris Honore
Es clarus in Scepusio.

Progreß

*Progrederis semper, Te, Te majora sequentur
Soli Polig. Præmia!*

JOHANNES HANNKE Varal. Pannoniensis

Quis Te non dignum SENIORIS munere, summum
Vel mystam sancti non putet esse gregis?
Hoc meret & Pietas, & cultæ pectoris artes
Quiq; fluit docto svavis ab ore lepos.
O quām Te memorem! si quid mea, carmina possent,
Ut possunt multūm vota precēsq; piæ,
Quām mea Musa tuos, KLESCHI, cantaret honores
Atq; lubeas genii currecerit unda mei.
Ut placeam Tibi, PRÆCO DEI; sed carmina nunquam,
Et numeri nunquam sponte venire solent.
Lætitias Tibi, Docte, pias, Symmysta crearem
Delitias ferrem carmine, sed nequeo.
Quod nequeam fateor: nequeo dūm, quod queo tento
Quod præsto, præsto est, ut mihi vena fluit,
Nobilis haud vena est, quam rustica Musa ministrat
Hinc veniam inveniet rustica Musa suam.
Sed licet exiguum & breve, quod venit: hoc tamen ipso
Comprecor ex animo prospera fata Tibi.
Quicquid agas, nutu Christus feliciter æquo
Is sit navigio remus & aura Tuo,
Pro Christo certa: victori præmia larga
Mercedem justam Dux feret ille Tibi.
Non hostis dérit: bello Te accinge: Sophistis
Et pravæ sectæ, cedere grande nefas;
Inprimis precor ut Tibi mens in corpore sano
Floreat incolumis, sit quoq; multa salus.

SIMON Abschein Varalk.

O vos

I. N. J.

O Vos, Olissi cives, juvenesq; senesq;
Qui magni facitus verba sacrata DEI,
Nunc luctu positio capite omnes gaudia laeti:
Plaudite & hunc semper concelebrate diem.
Is siquidem vobis affert post nubila Phœbum,
Et vestris adimit tristia pectoribus.
Nam quia vestre Aedis cecidit primaria pila.
Mittit jam similem per pia fata DEI:
Nempe Virum talem, decorant quem munera multa.
Quæ multis gesit non sine laude locis.
O ergo Olissi cives, juvenesq; senesq;
Qui magni facitis fata benigna DEI,
Pandentem quoties auditis dogmata sacra,
Æterno grates fundite rite Patri.
Qui tantò clemens vos est dignatus honore,
Et voluit tantò vos decorasse Virò.
Gratulor ergo Tibi Spartam hanc, permagne Patrono,
Quam dotes animi promeruere tui.
Eja! DEO placitum sit; civibus utile cunctis.
Atque salutiferum sit Tibi itemq; Tuis!

GEORGIUS PEUCKER NEOSOL,

8

Rich

I.

Ach Kirchdrauß edle Zier! wie ist dir doch zu Muthe?
da du must ziehen sehn
von dier und weiter gehn.
Den den dier vormahls Gott gesendet hat zu Gute:
diesen welcher für und für
hast für deiner Thür gewacht.
Und der wilden Wölff Begier
allzeit durchs Gebet verlacht.

2.

Nun solst du weinen wohl! du solt zurück Ihn ruffen/
du solt mit Bitten Ihn
wos möglich zu dier ziehn!
Doch dencke daß von Gott gesetzte Ihm diese Stufen/
da Er seinen hohen Preis
immer höher soll ausbreiten/
und mit treuen Hirten-fleiß
seine Schäfflein leiten..

3.

Jetzt kanstu Wallendorff dich dieses Mannes rühmen/
weil Gott dich so geacht
und durch sein grosse Macht
Dier Ihn nunmehr geschenkt. Nun will es sich geziemen
daß du mit Ihm lebst wohl
und mit nichts Ihn betrübst;
Sondern Gottes Lobes voll
mit Ihm deinen Gott stets liebest..

4.

Ihm aber werther Klesch! Ihm wünsch ich nun den Segen
den Gott verheissen hat
und giebet in der That
Den Lehrern so getreu. Er wolle auch seiner Pflegen/
dass Er durch des Amtes Fleiß
die vertrauten Schäfflein weide/
und dann nach verlangten Preis
seelig aus der Welt abscheide.

PAULUS Blecher.
von Leuttschau.


Quando celebrabam Tecum Natalia CHRISTI.
ad vitreas Günzæ prætercuntis aquas.
O magnum Sophiæ lumen, columenq; docentum
præclarum KLESCHI, gloria sancta Chori.
Attuleram solito puer ad Telumina more:
Patre jubente, sed ô lumina curta nimis.
Dicebas, venerande Pater, tibi lumina dono
o quoties laudo, donare relicta mihi!
Jam vellem modò si ferret per parva facultas,
luminibus KLESCHI, lumina ferre Tuis.
Sed desunt vires, non d'cest mihi magna voluntas,
& vano sudat stulta labore manus.

8. 22

Lumi-

Lumine namq; instar Phœbi depingis olympum,
atq; per Hungariam, spargis utramq; jubar
Onimum dilecte D E O quem lumine plenum
cernimus in terris, lumen es ipse Polo &c.

Adjecit
TOBIAS GREMERUS Pils-
gerstorff: Hung.



Umg. VI 6

ULB Halle
005 905 370

3



1077






Farbkarte #13

B.I.G.

Black	
White	
Magenta	
Red	
Yellow	
Green	
Cyan	
Blue	



Introp. II. 2600
N. f.
INCKII, AA. LL. M. &
, t. RECTORIS
ODIA
I. Carm. Horat.
Ad
IENSES,
R U M,
ecclesiis Christianis,
luribus,
meritum,
IKLESCHIVM,
P. L. C. &c.
al. in Scepusio SENIOREM
L L I O
pitatis sue
ratum
nuncreordinario insignem,
vocatione
entes,
XIIIX. Mens. Jan. die 3.
H O V I Æ,
HELIS BREVER.